

durat armata, sive sit particularis sive sit generalis, vel etiam dum fit apparatus extolli vel armate habet idem ius amiratie.

[3] Item habet introitus marinarie Messane, qui sunt ~~pt~~ tarenii duo milia, set tamen debet ipse expensis propriis tingere galeam colore rubeo et deaurare eam armis regiis et debet facere vassellum aut stantale propriis expensis suis.

[4] Item in Messana molendinum unum et iardinum unum et per annum frumenti salmas centum et vini salmas centum et domos amiracie in eadem civitate Messana, de introitus vini barcarum venientium cum vino in Messana.

[5] Item de vassellis veteribus, que non possunt cum suis affisis reparare, faciet certum dominum regem, qui mittet et faciet videri; et si inventum fuerit ita esse, dabit ei licentiam distrahendi pro se.

[6] Item universa vassella, que capiuntur per extolium ^{curie)} et universa vestimenta sive drapparia incisa in medio sunt amiracie.

[7] Item, quando amiratus vadit in aliquo stolio sive in viagio per mare, habet per se et familia eius panem unum, carnes salitas, caseum, oleum, lignamina et candelas a curia.

[8] Item habet die quolibet pro expensis suis continuo ad pondus ~~xxx~~ curie unciam auri unam.

[9] Item, quando amiratus vadit cum stolio, habet ~~pro~~ decem servantibus ^{b)} suis solidos sicut supersalientes ab omnibus vassellis curie.